

Graziani (Gratiani), Bonifacio. Psalmi vespertini binis choris una cum organo certatim suaviterque decantandi . . . opus XVII . . . Roma, Amadeo Belmonti. 1670. RISM G3684.

**Title:**

PSALMI  
VESPERTINI  
BINIS CHORIS,  
*Vnà cum Organo Certatim, suauiterque Decantandi*  
AVCTORE R. BONIFACIO GRATIANI  
In Ecclesia Domus Professæ Societatis IESV, ac Sem. Rom. olim Musicæ Præfeçto.  
OPVS XVII.  
CVM PRIVILEGIO SVMMI PONTIFICIS.  
[Escutcheon of dedicatee]  
ROMÆ, Typis Amadei Belmontij. M. DC. LXX. SVPERIORVM PERMISSV.

**Dedication:**

[page 1]

*Serenissimo Sacri Romani Imperij Principi | IOANNI FRIDERICO | DVCI  
BRVNSVICENSI, ET LVNEBVRGENSI. &c. | DOMINICVS GRATIANI FEL. |*

CVM ea munera, quibus humanum genus, Deus | Opt. Max. liberalissima honestatum voluit, altiori | mentis trutina pondero, in eam ducor opinionem | vt inter cæteras bonarum artium disciplinas, nil | Musica præstantius, diuinusque; siuè mores | erudiendos, ac Rempublicam benè, beatèque administran-dam, siuè denique in demulcendis animis mortalium nimis | curis, laboribusq; oppressis obleçtamenta, Diuiniq. Numinis | in Ecclesijs cultum speçtes, existimem. Atque hoc ita se ha-bere: DEVS, NATVRA, POLITICE, quam luculentissimè | demonstrant. certè DEVS, vt sapientissima mundi moderatio-ne; dum numero distinguit omnia, pondere solidat, mensura | definit, quid aliud nisi Harmostæ omnibus numeris absolutiſimi officium explet? NATVRA in Elementorum contem-platione nil aliud, quam peritissimæ Psaltriæ munus exibet, in | Cælorum verò harmonicis motibus, acuta graibus, grauia | acutis, hæc medijs interuallis, ea proportionis varietate coa-ptat, vt vel ex hoc capite Pythagoricus ille Cælorum Concen|tus multorum Philosophorum mentibus, non absq. ratione | infederit. POLITICE deniq. in temperandis imperijs, populisq. | in desideratos felicitatis fines dirigendis, hanc veluti Magistrā | & Moderatricem quandam proponendam censuit. Est enim | vti Plato in Timèo docet, MVSICA ordinis disciplina, rerum | dextre agendarum amusis, operationum humanarum basis, | & conseruationis humanæ fulcimentum. Tu Serenissime | Princeps tria hæc heroicis tuis virtutibus ita exprimis, vt dum | iustitiæ Clementiam, Pietatem fortitudini, modestiam Ma-

[page 2]

gnanimitati, in perfēctum harmoniæ concētum coaptas, to-tus ex harmonicis gratiarum modulis constitutus, non subdi-torum dumtaxat corda sed, & quorum cumq: aliorum homi-num animos adeo potenti Symphonismo rapis, vt qui mori-bus, & Religione sepè diffonant, tibi tamen, & affeētu, & vo-luntate consonent. Tibi Romanus Pontifex gloriofissimæ | memoriæ CLEMENS IX. Catholicæ Religioni propagandæ | incumbenti facultatem est impertitus, vt in populis ditioni | tuæ subieētis, Illustrissimo, ac Reuerendissimo Domino Vale-rio de Maccionis Vicario glorieris Apostolico, etiam Episco-pali titulo exornato, singularis hæc prærogatiua tuæ debeba-tur Pietati, quæ quam plurimos Religiofæ vitæ viros, vineæ | Domini excolendæ proprijs sumptibus alit: Quare tantæ vir-tutis exemplo impulsus hoc tibi præsens de Musicis Modula-tionibus opus, à Bonifacio Gratiani meo Patruo compositum | ceū genuinum virtutum tuarum Symbolum, eo quo possum | humilimæ mentis obsequio offerendum duxi. Innumera | hic de gloriofissima altæ profapiæ domo tua, hoc loco propoenenda forent, verum vti istiusmodi thema sublimius est, quā | vt id Calami mei imbecillitas sustinere queat; itaquoq: ratus | sum solo deuoto mentis silentio illa suspicere, & admirari po-tius quam longis verborum ambagibus ea non tam celebra-re, quam obscurare. Taceo Ottonem IV. Henrici Leonis fi-lium Imperatorio diadematè fulgentem: silentio prætereo | Fridericum Magni Torquati prolem, Romanorum præclaris-simum Regem. Non loquor deniq: de innumeris Principibus | quibus sole Clarius Serenissimæ tuæ splendor Profapiæ au-gustissime micat. Hoc igitur, Serenissime, Princeps Harmoni-ci Syntagmatis munus gloriofo Nominis tui splendori in-scriptum, ea te, qua soles benignitate, & innata tibi Clemen-tia acceptaturum Cōfido. Vale Serenissime Princeps Sacri | Romani Imperij decus, & Gloria. Romæ die 19. Martij 1670. |

### **Papal Privilege:**

ALEXANDER | PAPA VII. | AD FVTVRAM REI MEMORIAM. |

CVM, sicut exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filij Gratianus Gratiani, & | Dominicus eius natus Hærede; q. Bonifatij etiam Gratiani a Marino, ipfi | varia Musica in Psalmis, Hymnis, Modulis, Oratorijs, Missis, & Litanij | consistentia, ac alia quæcumque eiusdem Bonifatij Opera Typis in Alma | Vrbe nostra mandare intendant, vereantur autem, ne alieni, qui ex alieno la-bore lucrum ea ipsa Opera imprimi facere current in ipsorum Exponentium | præiudicium. Nos igitur eorundem Exponentium indemnitati, ne ex edi-tione huiusmodi aliquod dispendium patiantur, prouidere illosque speciali-bus fauoribus, & gratijs prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusuis excom-municationis, suspensionis, & interdiēti, aliisque Ecclesiasticis, sententijs, censuris, & pænis | a iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodate exi-stum ad effeētum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absoluentes, & absolutos | fore censentes. Supplicationibus illorum nomine Nobis super hoc humiliiter porreētis inclinati | eisdem Gratiano, & Dominico, vt durante decennio proximo a primaeva diētorum Operum, | si, & postquam illa antea a dilecto filio Magistro Sacri Palatij Apostolici approbata erunt im-pressione computando, nemo tam in Vrbe nostra, quam in reliquo Statu Ecclesiastico mediate, | vel immediate Nobis subieēto. Opera prædicta sine speciali diētorum Gratiani, & Dominici, | aut eorum Hæredam, &

Successorum vel ab eis causam habentium licentia imprimere, aut | ab alio, vel alijs impressa vendere, seu venalia habere, aut proponere possit, & valeat Apo-|stolica au>citoritate tenore præsentium concedimus, & indulgemus. Inhibentes propterea | omnibus, & singulis veriusque sexus Christi fidelibus, præfertim librorum Impressoribus sub | excommunicationis latè sententiæ, ac sub quingentorum ducatorum auri de Camera, & amic-|sionis librorum, & Typorum omnium pro vna Cameræ nostræ Apostolicæ, & pro alia eisdem | Gratiano, & Dominico, ac pro reliqua tertii partibus Accusatori, & Iudici exequenti irre-|missibiliter applicandorum, & eo ipso absque vlla declaracione incurrendis pœnis, ne diçto de-|cennio durante Opera prædicta, aut aliquam illorum partem, tam in Vrbe, quam in diçto Sta-|tu Ecclesiastico possint sine huiusmodi licentia imprimere, aut alibi ab alio, vel alijs impressa | vendere, vel venalia habere, seu proponere quoque modo audeant, seu presumant. Mandan-|tes propterea Dilectis filijs nostris, & Apostolicæ Sedis de latere Legatis, seu Vicelegatis, aut | Præsidentibus, Gubernatoribus, Prætoribus, vel alijs Iustitiæ Ministris Prouinciarum, Ciuita-|tum, Terrarum, Locorum Status nostri Ecclesiastici prædiçi, quatenus eisdem Gratiano, & | Dominico, eorum Successoribus, & Hæredibus, seu ab eis causam habentibus huiusmodi in | præmissis efficacis defensionis præsidio assistente, quandocumque ab eisdem Gratiano, & Domi-|nico, seu alijs prædiçis fuerint requisiti, pœnas prædiçtas contra quoscumque inobedientes ir-|remissibiliter exequantur: Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, & | quibusuis Statutis, & consuetudinibus, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel alia | quæris firmitate roboratis; priuilegijs quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium | præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innouatis, cæterisque contrarijs quibus-|cumque. Volumus autem, quod præsentium litterarum transumptis, etiam in ipsis Operibus | impressis manu alieuius Notarij publici subscriptis, & Sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica | constitutæ munitis eadem prorsus fides in Iudicio, & extra adhibetur quæ præsentibus ipsis | adhiberetur, si forent exhibitæ; vel ostensæ. Dat. Romæ apud S. Mariam Maiorem sub | Annulo Piscatoris, die 12. Augusti M.DC LXIV. Pontificatus Nostri Anno Decimo. |

S. Vgolinus. |

### **Index:**

#### **PSALMORVM INDEX.**

DIXIT Dominus. Oœto Vocibus, cum intonatione Toni Primi.

I. Confitebor, quinque Vocibus, cum secundo chor.

II. Confitebor, Oœto Vocibus.

    Beatus vir, nouem Vocibus.

I. Laudate pueri Dominum, quinque Vocibus, cum secundo Choro.

II. Laudate pueri Dominum, Nouem Vocibus.

    Lætatus sum, Nouem Vocibus.

    Nisi Dominus, Oœto vocibus.

    Laudate Dominum omnes gentes, Nouem Vocibus.

    Magnificat Prima, nouem vocibus.

    Magnificat Secunda, nouem vocibus, secundi Toni.

    Magnificat Tertia, nouem vocibus, quarti Toni.

    FINIS.

## **Index of Sacred Works by Graziani:**

**INDICE  
 Dell'Opere Musicali Ecclesiastiche  
 DEL GRATIANI  
 Stampate fin'all'Anno M. DC. LXX.**

Mottetti à 2. 3. 4. 5. e 6. Voci. Libri Cinque, Opera Prima.  
 Mottetti à 2. 3. 4. 5. e 6. Libri Sei, Opera Seconda.  
 Il Primo Libro de Mottetti à Voce sola, Libri dui, Opera Terza.  
 Salmi à 5. da Cantarsi con Organo, e senza, Libri sei, Opera Quarta.  
 Salmi à 5. Concertati, Libri sei, Opera Quinta.  
 Il Secondo Libro de' Mottetti à Voce Sola, Libri dui, Opera Sesta.  
 Mottetti à 2. 3. 4. e 5. libri quattro. Opera Settima.  
 Il Terzo Libro de' Mottetti à Voce Sola, libri dui, Opera Ottava.  
 Li Responforij della Settimana Santa, libri sei, Opera nona.  
 Il Quarto Libro de' Mottetti à Voce Sola, libri dui, Opera Decima.  
 Letanie della Madonnna 4. 5. 7. e 8. libri sei, Opera Undecima.  
 Mottetti à 2. 3. 4. e 5. libri quattro, Opera Duodecima,  
 Antifone della Madonna che si Cantano doppo il diuin' Offitio, à 4. 5. e 6.  
     Con i Ripieni, libri sei, Opera Decima terza.  
 Antifone per diuerse festività dell'Anno. a 2. 3. e 4. libri cinque, Opera XIII.  
 Mottetti à 2. e 3. Cauati dalla Prima, e Seconda Opera a più voci, libri 4.  
 Sacri Concerti à 2. 3. 4. e 5. libri cinque, Opera Decima quinta.  
 Il Quinto Libro de' Mottetti à Voce Sola, libri dui. Opera Decima sesta.  
 Salmi Vespertini Concertati à due Chori, libri vndici, Opera Decima settima.

**RESTANO DA STAMPARSI**

Vna Muta di Messe, à 4. 5. e 8.  
 Quattro Mute di Dialoghi per gl'Oratorij con sinfonia, e senza, à 4. e 5.  
 Il Sesto, & vltimo Libro de' Mottetti à Voce Sola.  
 Cinque Mute de' Mottetti, & Antifone, à 2. 3. 4 5. e 8.  
 Vn'altra Muta di Salmi Vespertini concertati due Chori, con l'Inni.  
 Le Lamentationi per la Settimana santa, & altre Opere Volgari, à 2. e 3.

LAVS DEO, Virginique MARIAE.

### **Contents:**

Dixit Dominus Oêto Vocibus cum intonatione Toni Primi [all verses]  
 Confitebor tibi quinque Vocibus cum secundo Choro [all verses]  
 Confitebor tibi Oêto Vocibus [all verses]  
 Beatus vir nouem Vocibus [all verses]  
 Laudate pueri Dominum quinque Vocibus cum secundo Choro [all verses]  
 Laudate pueri Dominum Nouem Vocibus [all verses]  
 Lætatus sum Nouem Vocibus [all verses]  
 Nisi Dominus Oêto vocibus [all verses]

Laudate Dominum omnes gentes Nouem Vocibus Alla Terza [all verses]  
 Magnificat Prima nouem vocibus secundi Toni [all verses]  
 Magnificat Secunda nouem vocibus secundi Toni [all verses]  
 Magnificat Tertia nouem vocibus quarti Toni [all verses]

**Part-books:**

CANTVS PRIMVS PRIMI CHORI.	A <sup>16</sup> , B <sup>22</sup>	76pp. Dedication. Index. List of Works.
CANTVS SECVNDVS PRIMI CHORI.	C <sup>20</sup> , D <sup>12</sup>	64pp. Dedication. Index.
ALTUS PRIMI CHORI.	E-F <sup>12</sup>	48pp. Dedication. Index.
TENOR PRIMI CHORI.	G <sup>12</sup> , H <sup>14</sup>	52pp. Dedication. Index.
BASSVS PRIMI CHORI.	I-K <sup>12</sup>	48pp. Dedication. Index.
CANTVS SECVNDI CHORI.	L <sup>12</sup> , M <sup>10</sup>	44pp. Dedication. Index.
ALTVS SECVNDI CHORI.	N <sup>12</sup> , O <sup>8</sup>	40pp. Dedication. Index.
TENOR SECVNDI CHORI.	P <sup>12</sup> , Q <sup>8</sup>	40pp. Dedication. Index.
BASSVS SECVNDI CHORI.	R <sup>16</sup> , S <sup>8</sup>	48pp. Dedication. Index.
BASSVS AD ORGANVM.	T <sup>16</sup> , V <sup>18</sup>	68pp. Papal Privilege. Dedication. Index.

**Remarks:**

Quarto format. Copies consulted: **D**-MÜs; **I**-Bc. RISM G3684.